

S. Geminiani propter petitionem Ioannis episcopi de ecclesia S. Petri intra muros civitatis Geminianae, quae nunc Nova dicitur' citat his verbis Ludovicus I. imp. a. 822, Febr. 8. Troya 570. 1; BR. 343; Sickel 174. 155

— Hilprandi regis praeceptum pro monasterio S. Florentii Florentiolae in diocesi Placentina sito citatur in placito iudicum imperialium a. 830, Mart. Campi I, 456; Troya 571. 2. 156

C. Sept. Hildebrandus de regno proicitur. Lib. pont. II, 73.

30. RATCHIS 744—749.

Spt. 9—Oct. — Ratchis dux Foroiuliensis, filius Pemmonis ducis quondam Foroiuliensis, a Langobardis rex eligitur. Lib. pont. l. l. Cf. PD. VI, 26. 51. 56.

(Quo tempore sit elevatus, patet ex chartis 746, Sept. 1, 747, Sept. 8 — 746, Oct., quibus bene consentit, quod in Catal. Hildebrandum menses 8 vel 7 regnasse traditur. Cf. Oelsner, Pippin p. 435).

— Ratchis rex cum Zacharia papa, recepta eius relatione, in viginti annorum spatium pacem init. Lib. pont. l. l.

745. Ind. 13—Spt. 1—14; Ratchis a. 1—Spt., Oct.—2.

Febr. In monasterio S. Mariae in Acutiano. Fulcoaldus abbas monasterii S. Mariae in fundo Acutiano alterius partis et Nanno exercitalis atque Ursicinus, fratres Grifonis, Acimundus ac Teudemundus, nepotes Grifonis, alterius partis convenientiam faciunt de rebus quas Grifo monasterio S. Mariae donaverat et de quibus lis inter illos orta erat. 'Temp. v. m. Picconis gastald. civit. Reat. . . ind. XIII'. Ex Reg. Farf. ed. Fatteschi p. 261 no. 4; Troya 574. 157

Apr. (In vico) Gradate. Rottopert de Grate testamentum facit, quo ecclesiae S. Stephani in Vico Mercado sitae agellum, propinquis ac cognatis, pauperibus ac peregrinis multa legat, xenodochium in vico Gradate constituit. 'Regn. d. n. Rachis . . a. primo . . ind. decima tercia'. Ex apogr. arch. dipl. Mediol.: Hist. patr. mon. XIII, 11. 158

Mai. 15. In civitate Verona. Autconda et Natalia sorores fundant cum consensu Nazarii, cognati alterius et mariti alterius sororis, monasterium S. Mariae intra civitatem Veronam, cui omnes res suas offerunt, ea conditione, ut, si aliae monachae ibidem non congregatae fuerint, ipsis mortuis omnes res in possessionem monasterii S. Mariae 'foris Portam Organi' veniant. Eidemque monasterio eiusque abbati Andreae committunt 'defensionem vel admonicionem' monasterii ab ipsis fundati. Servos et ancillas suos in libertatem vindicant. 'Regn. . . Ratchis . . a. primo per ind. XII'. (Lege 'ind. XIII'). Ex apogr. mon.